UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Alypio. 302.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Alypio. 302.

Amicus tuus, vt iis, qui ſimultatem eam, quæ ipſi tecum interceſſit, probri loco obiecerunt, ſilentium indicat, iſtuc ſe contulit. Profectus eſt enim, vt non modò præſentem comitatem ac beneuolentiam ſuperet, ſed etiam vt priſtinam animi offenſionem extinguat. Supinis itaque manibus eum excipe.

Ἀλυπίῳ. τβ.

Ὁ φίλος ὁ σός, παύσων τοὺς ὀνειδίσαντας αὐτῷ τὴν πρὸς σὲ γεγενημένην αὐτῷ μικροψυχίαν, ἐκεῖσε ἀφῖκτο· ἧκε γὰρ τὴν νυνὶ φιλοφροσύνην οὐ μόνον καλύψων, ἀλλὰ καὶ σβέσων τὴν προλαβοῦσαν δυσμένειαν· ἀπόδεξο τοίνυν αὐτὸν ὑπτίαις χερσίν.

Agathodæmoni Grammatico. 303.

Et ſi quibuſdam tibi fortaſſe adbladientibus, reſponſum tuum à ratione ac iudicio, non ab ira manaſſe viſum eſt: mihi tamen contrà ab audacia potiùs & temeritate profectum eſſe videtur. Quamobrem tibi faciendum eſſe cenſeo, vt rationē iræ anteponas: ſicque & ad loquendum, & ad ſcribendum te compares. Nam ſi ipſi ante rationem proſilire permiſeris, nihil erit, quod non ſurſum deorſumque voluat.

Ἀγαθοδαίμονι γραμματικῷ. τγ.

Εἰ καὶ τισὶν ἴσως κολακεύουσί σε, ἔδοξε λογισμοῦ εἶναι, οὐκ ὀργῆς ἡ ἀπόκρισις, ἐμοὶ δοκεῖ θρασύτητος μᾶλλον εἶναι ἢ θάρσους ὁ καρπός. διὸ δὴ παραινῶ σοι ἔμπροσθεν τῆς ὀργῆς τιθέναι τὸν λογισμόν, καὶ οὕτω καὶ λέγειν καὶ γράφειν. εἰ γὰρ συγχωρήσειας αὐτῇ προπηδᾶν τοῦ λογισμοῦ, πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσει.

Theophilo Subdiacono. 304.

Quòd quidē experimento famam beatus Timotheus ſuperarit, aſpectáq; quàm auditione, præſtantior fuerit, omnes quibus ſuaui ipſius conſuetudine frui donatū eſt, exploratum habent. Quòd autem ipſe quoque tantū eloqui poſſe optarim, quantum cupio, nemo, vt opinor, dubitat. At quoniam optare facile eſt, conſequi autem difficilius eſt quę facilè ac promptè optantur, idcirco ego quidem tacebo: tu verò ex his rebus, quas certò cognitas habes, encomium ipſi contexere ne graueris.

Θεοφίλῳ ὑποδιακόνῳ. τδ.

Ὅτι μὲν τῇ πείρᾳ τὴν φήμην ὑπερέβη ὁ μακάριος τιμόθεος, καὶ κρείττων τῆς ἀκοῆς εἰς θέαν ἐρχόμενος, ἅπαντες οἱ τῆς μειλιχίου ἐκείνης ἀξιωθέντες συνουσίας ἴσασιν. ὅτι δὲ καὶ αὐτὸς εὐχόμην τοσοῦτον δυνηθῆναι φράσαι, ὁπόσον καὶ βούλομαι, οὐδείς, ὡς οἶμαι, ἀμφιβάλλει. ἐπειδὴ εὔξασθαι μὲν ῥᾴδιον, τυχεῖν δὲ ἀπορώτερον, ἢ ὅσα πρόχειρον εὔξασθαι, ἐγὼ μὲν σιγήσω, σὺ δ' ἐξ ὧν ἀκριβῶς οἶσθα, τὸ ἐγκώμιον αὐτῷ ὑφᾶναι μὴ παραιτήσῃ.

Petro Lectori. 305.

Poſteaquàm conſcelerati atque nefarij Iudæi propter audaciſſimum illud & inſuaue facinus aduerſus Dominum perpetratum angelico ſubſidio deſtituti ſunt, tum verò Romanorum gladio traditi, tanto munere capti ſunt, vt, qui cōſpexerunt, adduci vix poſſent vt crederēt quenquam eorum interiiſſe: ac rurſum tantus cæſorū

Πέτρῳ ἀναγνώστῃ. τε.

Ὅτι οἱ ἀλιτήριοι Ἰουδαῖοι τῆς ἀγγελικῆς συμμαχίας διὰ τὸ κατὰ τοῦ δεσπότου τὴν πάντολμον ἐκείνην λύσσαν δεδραματουργηκέναι ἐγυμνώθησαν· τότε δὴ τῇ ῥωμαίων παραδοθέντες ἀσπίδι, τοσοῦτοι μὲν ἑάλωσαν, ὡς τοὺς τεθεαμένους ἀπιστεῖν, εἴ τις ἀπώλετο· τοσοῦτοι δὲ οἱ πεπτωκότες εὑρέθησαν, ὡς

ἀπορεῖν